

99.

Markgraf Dietrich bevrkundet, daß sein Ministerial Conrad Spansel in seinem Dorfe Dörschnitz, welches er vom Burggrafen Tammo von Strehla, dieser aber vom Markgrafen zu Lehn trägt, ein Hospital gegründet, einigen regulirten Chorherren zur Verwaltung übertragen und ausgestattet habe.

5

Meißen, 1206 Sept. 19.

Hörschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 152. Das ziemlich gut erhaltene S., an rothen Seidenfäden, = Taf. III. 1. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 95 Anm. 2, 101 Anm. 3.

Gedr.: Köhler, Cod. dipl. Lusatiae sup. 2,46.

:In nomine sancte et individue trinitatis. T[heodericus] dei gratia Misnensis
 10 marchio.: | Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod ex permissione Philippi
 Romanorum regis et auctoritate | privilegii eius licenter possumus in marchia de nostro vel
 aliorum feudo, quod nos de imperio contingit, ex communi consensu | ecclesias dei, que
 sub nostra sunt ditione, vel de novo dotare vel iam dotatas meliorare. Igitur quidam
 ministerialis noster Cōnradus Spansel assensu nostro et Tammonis prefecti de Strele in
 15 villa sua Dirsniz, que marchiam respicit, quam ille de dicto Tamnone tenet in beneficio,
 is vero de nobis xenodochium pauperum, quod hospitale dicitur, initiavit et quibusdam
 canonicis regularibus procurandam contradidit. Est vero ecclesia beati Petri principis
 apostolorum olim sub episcopo Martino de parrochia Lvbene per aliam villam nomine
 Cōnradiz emancipata vii mansis ac decima cuiusdam dominicalis predicti ministerialis
 20 nostri dotata, similiter et aliam habens ecclesiam non iure terminorum, sed nostra beni-
 volentia sibi subiectam, cum quatuor mansis attinentibus et quicquid aliud est, quod ad
 dotem pertinere cognoscitur. Insuper et hoc concessimus, quicquid empto vel dono in
 posterum ei poterit provenire. Notandum preterea, quod sepe dictus ministerialis noster
 ipse cum heredibus suis advocatus erit in prememorato xenodochio ad protegendum tamen
 25 nec non ad dilapidandum. Verum ut hec nostra cautio perpetuo inconvulsa permaneat,
 banno episcopali et auctoritate nostri sygilli eam fecimus communiri. Huius rei testes
 hii sunt: Lutherus et Bertramus canonici Misnenses. Theodericus scriptor de Misna.
 Heinricus prefectus de Donin. Tammo prefectus de Strele. Matheus de Misna. Tammo
 de Wirben. Albero de Gotzowe. Bernhardus de Trebecin. Gunterus de Zlowin.
 30 Heinricus marscalk. Cōnradus camerarius. Albertus dapifer et filius eius Heinricus.
 Herbordus de Worcin. Albertus Polonus. Heinricus de Warde. Hermannus de Pichowe.
 Wignandus de Nonewiz. Heinricus et Hageno de Dobelin. Wolfgant Scolke. Iohannes
 de Plawen. Heidenricus de Crëuz. Sifridus de Strigenewiz. Theodericus Smalz.
 Godescalcus Casebiz. Acta sunt hec in Misna in kaminata marchionis depicta anno
 35 dominice incarnationis M. CC. vii., indictione viii., xiiii. kal. octobris.

(S.)